



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 35. Revocatio Parisiensis Decreti contra Jesuitas editi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](#)

gno restaurari vehementer desideret, in **Sæcul.XVI.**  
hoc tamen negotio pedetentim, non **A.C.1598.**  
autem præcipiti procedendum consilio:  
de cetero ipsos hortetur, ut officii sui  
memores populum ad pietatem exem-  
pli suo incitent, hocque pacto, si & ipsi  
ad sinceram Regis voluntatem suo ope-  
re concurrere voluerint, brevi refor-  
mationis negotium confectum foret:  
*Equidem, subjunxit Rex, hucusque non-*  
*nisi vanis verborum ambagibus, ac specio-* **Abregé chro-**  
*sis promissis vos lactavi, nunc vero ope-* **nolog. de**  
*rum meorum fructus addam: deinceps ex-* **l'histoire**  
*periemini, quod & si exterius gestem pal-* **Eccl. tom. 3.**  
*liolum pulvere sordidum, interius tamen* **a l' ann. 1598**  
*totus aureus sim. Verum observat qui-*  
*dam recens Historicus, nihil solemnius*  
*fuisse Henrico Regi, quam quod semper*  
*factorum loco benevola verba, ampla-*  
*que promissa suis daret: enimvero Cle-*  
*rurus a Rege haud amplius, quam vanam*  
*spem, reportabat, et si ex Senatus sui*  
*consilio ad singula postulata responsum*  
*iri spoondisset.*

### §. XXXV.

#### *Revocatio Parisiensis Decreti contra Jesuitas editi.*

**E**x hoc ipso Gallicano Conventu **Thuan. f. c.**  
tres Jesuitæ, contra quos Parisien- **Spond. hoc**  
sis Senatus severius agebat, libellum **ann. n. 7.**  
Regi porrigiendi occasionem arripie- **Offat. ep. 119**  
bant **132. 152. 153**

Sæcul. XVI. bant supplices, ut præprimis Tolosæ &  
A. C. 1598. Burdigalæ ulterius perfistere, suisque  
bonis frui, ac juventuti erudiendæ ope-  
ram impendere permetterentur: obli-  
tere quidem acriter Aulicorum nonnu-  
li, quos inter præcipiuus erat Civerius  
Cancellarius, cum autem Principes &  
Proceres assiduis precibus, ac commen-  
dationibus in Jesuitarum favorem omni-  
ex parte conquisitis continuo Regen-  
follicitarent, Parisiensis Decreti execu-  
tio interim differebatur: sub idem ver-  
tempus Triumviri in Senatu edictum  
contra Ludovicum Justum Turnonum  
Arvernorum Prætorem, qui, ut supra  
memoravimus, Parisiense Decretum ad-  
versus Jesuitas exequi recusabat, effec-  
dari instabant, quo circa Senatus die  
decima octava Augusti interposita sua au-  
toritate Turnonii bona ærario Regio ad-  
dicta, eum vero sua Præfectura spoliatum  
pronuntiavit, simulque ne quis fi-  
lios suos ad Jesuitarum Scholas mitte-  
ret, inhibuit, & si nunc apud Jesuitas  
literis operam darent, illos omnibus  
juribus, prærogativis, aliarumque Uni-  
versitatum privilegiis indignos declara-  
vit. Ea res haud parum offendebat  
Arnaldum Offatum Cardinalem, qui da-  
tis ad Villaregium litteris innovatum  
hoc decretum Regis famæ, ejusque re-  
bus nondum sat pacatis grave præjudi-  
cium

Sæcul. XVI.  
A.C. 1598.

cium afferre, gravissimis rationum mo-  
mentis demonstrabat, eaque de re ad  
Clementem VIII. Papam mox Episco-  
pum Atriensem se alegaturum signifi-  
cabat: nec minus Jesuitæ Laurentium  
Mogium suæ Societatis Sacerdotem Ro-  
mam decernebant, cui etiam idem Offa-  
tus publicæ securitatis literas procura-  
bat: insuper quam primum novum hoc  
Senatus consultum Turnonio innotue-  
rat, mox Tolosanus Senatus instantे Oc-  
cidaniæ Syndico die vigesima tertia Se-  
ptembris edictum penitus oppositum  
promulgabat, tam Turnonio, quam Ma-  
gistratibus inhibens, ne quovis pacto  
Jesuitas, eorumque Discipulos in suis  
Scholæ exercitationibus, aut bonorum  
possessione impedirent, indicta decem  
millium aureorum multa: equidem ur-  
gente Civernio Rex hac inter se pugnan-  
tium decretorum concertatione offensus,  
Tolosanum revocare, & Parisiense edi-  
ctum observare voluit: verum a qui-  
busdam Aulicis præpeditus, usitata in-  
ter Gallos procrastinandi solertia hujus  
rei executionem elusit.

§. XXXVI.

*Medicæi Cardinalis Legati discessus ex  
Francia.*

Postquam Alexander Medicæus Car-  
dinalis Papæ Legatus per biennium  
in *Thuan. l.c.*  
*Ciaton. to. 4.*  
*p. 73.*